Prefacio walefridi abbatis augensis cenobij de vita beati galli confessoris cristi

Nisi me sacrarum auctoritas scri-
pturarum et precipue illa vidia
prophete sententia que sacrificio
obedientiam prefertur ad necessitatem
obediendi constringeret preceptis
vestris o sanctissimi patres apologie hu-
iusmodi genus opponerem Si propheta qui
antequam formaretur in utero a domino
electus est et priusquam exiret de ventre
sanctificatus est dum eum dominus spiritu suo
illustrans verbi officio manciparet
de etatis infirmitate et ignorancia
conquestus est Quid ego peccator acturus
sum qui in iniquitate conceptus et in
delicto profusus propter sordes vite incir-
cumcisus sum corde et auribus quia
videlicet nec scienda digne percipio
nec audita devote conservo Quomodo
iusticias domini enarrabo et assumam testa-
mentum eius per os meum cuius etatem
nec tempus adhuc impleuit nec sciencia
commendavit Cuius dicta nec doctrina
corroborat nec vita confirmat presser-
tim cum ea scribere iubeatis et ordinare
quorum dignitate vix animo torpente
concio Tres tamen ob causas audedi talia
via inuenio scilicet quod credo me a domino
subleuandum obtuius iussa pecit et premissa
quod virium consideratione exhorrui obediendi
cupiditate suscepi Deinde quod me confido
beati galli intercessione vestrisque precibus
adiuuari per quorum veniatione et amore
grande onus humeris adaptaui debilibus
Postremo quod alienis insisto vestigiis
veritatisque tenende linea nouis tamen
modo cogor passibus dimetiri Vitam
igitur sancti confessoris christi galli patroni mei
cuius corporis thesaurum fidelibus seruat
excubiis sensu nobilem scripto degene-
rem vultis a me lumine recte loc-
ucionis ornari et seriem confusam
capitulorum distingui limitibus Ergo cum
me non possim ab hoc excusare negocio
eligo pocius per ignauia laterari quam
per inobedienciam condemnari Porro
cum pridem ipsum opus perlegerem
inueni ab auctore eiusdem conscriptionis
terram quam nos alamanni vel sueui in-
colimus altimaniam sepius nominari Sed
cuius nominis originem quererem aput nullum
scriptorum quorum adhuc noticia nos
respersit eius reperi mencionem Nisi fa-
llor enim ab alto situ prouincie idem vo-
cabulum a modernis confictum est Nam
iuxta scriptores autenticos pars ala-
mannie vel sueuie inter alpes penninas
et meridianum littus danubii sita recia
dicitur Porro quod est ad septentrionalem pla-
gam histri germanie deputatur Et ut
non nostra dicere existimemur aliquos
eius rei testes assciscamus Paulus orosius
in cuius dictis fides omnium concordat
de situ terre scribens hec inter cetera
ponit Pannonia noricus et recia ha-
bent ab oriente moesiam a meridie
histriam ab affrico alpes penninas
ab occasu galliam belgicam a circio
danubii fontem a septentrione danubium
et germaniam Cum noricus regio sit
baioariorum et eius septentrionalis finis
danubius et germania nunc est recia
que simul ponitur eisdem finibus aquilonem
versus terminari Solinus quoque in polihistore
vbi gallie facit mencionem has prouincias
vno terrarum tractu positas hijs verbis
designat Cristo sinu videlicet gallie
quaqua parte orbis velis exeas Si tra-
cia sit petenda excipit ager reticus
bonus frugibus brigantino lacu nobilis
Inde noricus frigidus parcius fructuosus
qua subducitur iugis alpium admodum
letus Dehinc pannonie viro fortes solo
plano vberto quoque drauo sauoque inclitis
amnibus circumflue Si recia solummodo
infra alpes est ut multi volunt que conse-
quencia est ut noricum a gallia pergentes
asperitate alpium transcendamus et non
pocius per maiorem reciam recto itinere
noricum vsque tendamus In qua eciam recia
secundum supra dictam sententiam brigancium
oppidum iam vetustate collapsum lacui qui
reno interfluente efficitur nomen dedit
qui alio nomine iuxta grecam ethimologiam
potamicus appellatur Igitur quia mixti

Nota

Rhetia

Germania

Orosius